

Incipit vita sancte Eufraxie virginis.

In diebus Theodosij imperatoris
piissimi fuit vir quidam in regia ci-
uitate senator nomine Antigonus
eratque imperatori genere et socie-
tate coniunctus. sermone sapiens simul et
ope. et bona semper precipue suadens. ut pie
romanis legibus lycie negocia gubernaret.
Erant autem et compassibilis homo cunctis ne-
cessaria prebens. Diligebatque eum princeps
non solum tanquam penitentem ac senatorum. sed et
tanquam christianum et piissimum. et semper consilia
utilia preferentem. Erant autem hic locuples
vehementer. ita ut ciuitas regia. alium di-
uicijs. sermone et ope simile non haberet.
Hic accepit uxorem ex genere proprio ex eo-
dem imperiali sanguine descendente cui no-
men Eufaxia. mulier religiosa ac timens
dominum nimis et ecclesie vacans. et offerens
deo preces cum lacrimis. Hec multos in ope
dei fecit ydoneos. multaque oblationes in
ecclesijs et sanctuarijs offerebat vehementer
eam diligebat imperator et augusta. precipue
quod ex eorum genere erat. necnon et moribus con-
posita et honesta et valde religiosa. Plura
autem eius filia. et vocauit eam nomine ma-
tris sue Eufaxiam. Cumque habuisset
hanc filiam vna diebus dixit antigonus eu-
fraxie. Posti foror mea eufaxia. quod nihil
est ista vita. nihil diuicie. vanitas huius
seculi temporalis. In octoginta namque an-
nis hominis tempus impletur cum ruina. diui-
cie autem in celo repositae. in infinita seculorum
secula nimentibus deum manent. et quamuis
nos illis diuicijs. mundanis cogitationibus
obligati. et in fallacia positi temporalium di-
uiciarum. dies nostros frustra consumimus
nichil animabus nostris vult acquirere.
Audies autem hec eufaxia. dixit antigono
viro suo. Et quod iubes domine mihi ut faciam?
Cui dixit antigonus. Unam filiam per te
acquisuimus et sufficiat nobis. et nequaquam

ultra conueniamus infelicitati et miserie sancti
Audies hec eufaxia. surgens exten-
dit manus ad celum. et ingemiscens dixit
viro suo antigono. Benedicis deus qui
dignum te fecit timore suo. et ad cogniti-
onem veritatis adduxit. Vere domine. sepius
supplicavi deo. ut cor meum illuminaret. et me-
tem tuam per hac causa faceret elucescere.
sed hoc tibi pandere non presumpsi. Quia
vero ipse fecisti principium. iube me ut loquar
Cui dixit antigonus. Dic foror mea quod
vis respondit. Posti domine meus. quod autem multa
generationes a plus testatur et dixit. Tem-
pus breue est. de cetero ut quod habet uxores
tanquam non habentes sint. Deficit enim huius
seculi cupiditas. Ad quam utilitate erunt
ista pecunia. et tanta abundantia possessio-
num. Nichil eorum est. quod nobiscum pote-
rit descendere in infernum. Cum ergo
consilio mo festina multa dare pauperibus.
ut non illud consilium quod tractasti inue-
niatur infructuosum. Audies hec antigonus
glorificauit deum. Cum igitur ade-
ptus esset optimam conuersationem et multa
pauperibus erogasset antigonus. vnum solum
modo annum viuens. postquam sue renunciauit
uxori. vitam suam pie disponens. comple-
to anno defunctus est et sepultus in pace.
Tunc imperator pariter et augusta fleuerunt
eum tanquam ex eorum genere descendente.
virum iustum et religiosum. Compaciebant
enim et eufaxie. non solum tanquam proprie con-
sanguinee. sed etiam quia erat iuuenula
Duobus namque annis et tribus mensibus vi-
xit cum viro suo. nam vno anno ex constituto
ab alterutro abstinentes. sicut fratres vix-
erunt. Igitur sepulto antigono. ab imperato-
re et augusta multum consolabatur eufaxia.
Illa vero sumens propriam suam filiarum. dedit
eam in manus imperatoris et auguste. et per-
strata ad pedes eorum cum clamore et magis
gemita dixit. In manus dei et vestras.
hanc orphanam nunc commendo. Memoriam
ergo habentes Antigoni. qui fuit vobis suscipi
te eam atque memini. et estote ei in loco patris
et matris. Multa siquidem flumina lacrimarum